

Imr: Mnrj SS: Vr alnei et d' Pte Aug's: in deli: or: m.

# VITI LUDOVICI a SECKENDORF

EQUITIS FRANC. CONSILIARIU INTIMI SAXONICI  
& BRANDENBURGICI

# COMMENTARIUS

HISTORICUS ET APOLOGETICUS

# LUTHERANISMO,

Sive  
DE REFORMATIONE  
RELIGIONIS

D. MARTINI LUTHERI,  
in magna Germaniae parte aliisque regionibus,  
& speciatim in SAXONIA recepta & stabilita:

IN QUO EX  
LUDOVICI MAIMBURGII  
JESUITÆ  
HISTORIA LUTHERANISMI

Anno M DC LXXX Parisiis Gallice edita

## LIBRI TRES

ab anno 1517 ad annum 1546 Latine versi exhibentur,  
corriguntur, & ex Manuscriptis aliisque rarioribus libris  
plurimis supplentur;

Simul & aliorum quorundam Scriptorum errores aut calumniae  
examinantur.)

Auspiciis Serenissimi & Potentissimi

## ELECTORIS

& Serenissimorum

## DUCUM SAXONIAE,

Eo fine

Ut ad veram & exactiorem notitiam rei gestæ, & ad depulsionem calumniarum,  
ex fide dignis monumentis, denuo via pateat:

Pro bonore DEI, & pace Ecclesie, justaque defensione pietatis & virtutis,  
a Majoribus in negotio Reformationis offensa.

Adiectis

## INDICIBUS NECESSARIIS

& locupletissimis.

(EDITIO SECUNDA EMENDATOR.)

LIPSIAE,

Sumtibus JO. FRIDERICI GLEITSCHII.  
ANNO M DC XCIV.

Digitized by Google

A. 1540.

*Si quis scribit, urbi alicui appropinquet, leuca spatio oculis ejus nibil aliud offertur, quam palatia & templum Jesuitarum, horumque porticus & muri, neque tamen eam alii ascendunt, quam ipsi cupiunt; Deus enim superbis resistit & humilibus dat gratiam. Ex his omnibus tandem argumentatur Nuza, prophetia illa Hildegardis societatem Jesitarum designari, & exitum habitaturam esse, qui indicatur.*

*Ita viri Romano Catholici, tum celeberrimi ordinis monachi, & denique Episcopi, censura post multos annos publicata gravius offendit Jesuitas, quam si mille, Lutheranititia aut pejora illis objecissent. His enim plaustra convitorum pro more regessent: id quod non aequa facile fuit in Episcopum, quem haeresis criminis infamare non potuerunt. Aliam itaque viam, ingressi sunt, ut ex libro, non ita pridem Gallice edito, appareat, cui titulus est: *Defensio noborum Christianorum, ut & Missionariorum in China &c.* Dicunt autem in hoc libro, Societatem suam ex singulare moderatione istuc omnia patienter ferre & silentio transmittere, ut falsa nempe & injuste objecta. Apologie illi opposita est pars III. *Pract. mor.* quam sape allegavi, & in hac autor simulatam illam moderationem esse, contendit, & pro desperatione causa habet cap. 18. ubi exempla adducit, ut Jesuita minime parcant neque Episcopis aequa Theologis aut monachis, sed in sevisimis recriminationes erumpant. Deinde cap. 19. actriter eos taxat & falsi accusat, quod, producto instrumento quadam, ex testimonio Martini Lopezii, conuentus Dominicanorum Cesar Augusta Prioris, probare conati sint, non extare scriptum illud Episcopi de la Nuza. Intemperie nunc queri dicit de libro, quem ante annos XXXII. autor *Theatri Jesuit.* allegaverit, qui intra hoc tempus ex uno loco in alios transferri potuerit; deinde aliud documentum profert d. 3. April. 1688. Hispanice scriptum, & Gallice versum, in quo idem Lopezius longe aliter refert, que Jesitarum nomine secum acta sint, unde satis constare afferit autor, quod de fide & existentia libri illius minime dubitandum sit. Praterero quibz ab Arnaldo de aliorum Episcoporum in India, imprimis vero Johannis de Palafax, Angelopolitanus Prasulis, & Dominici Navarrete, urbis S. Dominici Archiepiscopi, querelis contra Jesuitas prolixè deducuntur, per qua omnia illa confirmationem accipiunt, que supra de perversa doctrina malisque moribus Jesitarum recensira & testimoniis autorum minime Lutheranorum probata sunt. Notandum denique est, editam fuisse jam anno 1527. ab Andrea Osiandri, tunc in templo Laurentiano Norimbergæ concionatore, partem quandam prophetie Hildegardis, sed saltem ex versione Germanica, caruisse enim se facetus libris Hildegardis Latinis. Præmisit prefationem brevem quidem, in qua judicare non vult, an Hildegardis Spiritus sancti instinctu scripsit; observat tamen, Deum, in praedicandis cladibus, non solum sanctis & piis Prophetis, sed & aliis uti, etiari fatuis, ut ante excidium Hicrosolymitanum factum est. Pars autem vaticinii, quam edit, non est illa, quara supra ex Ezobio & VVolfio produximus, sed alia major & longior, quam Latinam exhibit VVolfius d. l. in anno 1580. Continet autem prolixam inventivam in vita Cleri, de quibus Ecclesia Christi, sub specie fœminæ Hildegardis apparent, acerbe queritur, speciatim de luxu Episcoporum, quodque moribus Principum seculi vivant, quapropter ab his exuendos opibus & in ordinem redigendos esse denunciat. Extat hic Osiandri libellus in Bibliotheca privata Serenissimi Brunfuerensem Ducis, Rudolphi Augstii, (vid. Catalogum nuper editum p. 237.) ut & in Bibliotheca Paulina Lipsiensi.*

*(dd) Excerpta ex oratione Majoris de laudibus auri.*  
Recentiores sunt de avaritia Cleri, & speciatim de Jesuitis, querelæ, neque tamen nostra avara, ait a Lutheranis, sed a viro Romanarum partium, & quidem Italo, oculato teste, ante annos centum supra triginta in Gymnasio urbis Mediolanensis instituta, eo quidem ingenii acumine & verborum elegantia, ut non dubitem gratissima futura esse, licet paulo prolixiora, que ex illis adscripturus sum. Loquor autem de Marco Antonio Majoragio, clarissimi nominis Rhetore, qui tamen etiam sacris studiis addictus erat. Ejus elogi-

um in *historia anni 1555.* qui illi vita ultimus fuit, apud A. 1540. Illustrem Thuanum repperit *Lib. XVI.* Elaboravit is summo cum artificio orationem, quam inscripta *Philochrysum, sive de laudibus auri,* que tamen ob illos ipsos sales, (propter quos eam allego,) dudum suppressa fuit. Sed publico commodo & delectamento ante viginti & quinque annos ex latebris illam prodixit vir doctissimus, magnisque in aula Holistica dignatus, *Marquardus Gudinus.* At distractis celeriter exemplaribus nuperrime denuo cum insigni imitatione edidit *D. Dan. Georg. Morboius* Professor Kilonensis, vir merito suo longe mihi charissimus & estimansimus, in quo habet Germania, quo genti nostra gloriam omnigenæ & exquisite eruditio, qua ingeni viribus & indefesso studio enti licet, assertat. In oratione autem illa *Majoragius* seculi sui (utinam non etiam nostri!) avaritiam per omnes hominum Ordines gravantem per modum ironiae satyricæ, & specie laudantis, ita descripsit, ut præter *Morboium* pari arguta & elegancia vix quisquam initari id posse videatur. Licet autem libellus nuper excusus sit, quo minor tamen est mole, tanto difficultius extat fert. Utigur tam insigne nec suspicendum testimonium de avania Clei Roinani, que reformationi primam fere occasionem dedit, in libro majori veluti vehiculum aut receptaculum inveniat, ecce fideliter hoc transcripta, que ad materiam hanc spectant. In genere ad Prelatos & Clerum spectant sequentia (p. 58. edit. Morboi.) An (ut) ari si damndaria esset auri famæ, & situs, & copidus, Per copidum iustifices nostri, viri omnium sapientissimi sanctissimi, Penitentia patasati patres, quos Cardinales vocant, Episcopi, Sacra Curia, doctores, Monachi, Bardocucullati, denique religioformi. *omne genus, aurum tantopere desiderarent?* Non eadem sententia per venturum quenquam existimo, ut auras condemnare aut aspernari velit, cum summos nostræ religionis Antistites, atque adeo Monarchs, nihil non ari comparandi gratia moliri videat. Nuper enim quendam amicum meum, summa autoritate, fide, religione, virum consensi, qui pridie ejus dicti Roma generali, que civitas propter auri cultum atque generationem & via semper & hoc maxime tempore, omnium sapientissima religiosissimaque judicatur; ubi (quod egredit) summos auri cultores compreisse se dicebat, qui propter auri desiderium ac amorem plurima patrare non dubitamus, que ipsis fortasse fatua & superstitionis huminibus scelerata esse videantur. Sed propter rei tam pretiosa tamque potentis acquisitionem nihil cuicquam scilicet aut turpe videri debet, cum præstigiis auras ejus esse natura perspicuum sit, ut, cum semel ad se homini animum atque mentem adlexerit, tanquam optimam imperator eam postea regat, atque ita solent & cupiunt imperio suo subiectas, ut nihil aliud quam de se cogitare sinat, nullum rishalem patiatur, reliquarum rerum omnium amorem depellat. Item, post alia quazdam: *Nam nostra tempestate sacrorum principes, quos balientium puerorum imitatione, Pappas appellantur, cum illius aetas aurea sanctissimos mores & religionem perlegunt, adeo sanctitatis ac religionis ardore succendunt, ut, si licet ea secula reuocate, vehementissime concupiscant, & pro virili parte nitantur, ut saltem domum sua fuerumque cognatorum, affinium, necessarium, curia pia fiat aurea.* Quamobrem totos se immergent auro: quicquid dies uoltesque cogitare, id totum aurum est: *hinc uni student:* in hoc bigitant: ab hoc omnibus viribus incumbunt. *Quod si fortasse Bacchus latitudo eam optionem, quam olim Mida Phrygium regi dicitur obtulisse, Pappis nostris liberam concederet, illud sine dubitatione summa cum alacritate protinus esciamarent.*

Effice, quicquid  
Corpo contigerit, fulbum certatus in aurum.  
Et prius (ut existimo) fame tabescerit, quam conditionem hanc petenter immutari. Tanta est auri virtus & potestas. Quod si forte, Proceres, Papparum cubilia, cænationes, atria, porticus, vestibula, totam denique regiam sacerdotis, tum credo latitia gobis cor ipsum excedaret. Nihil non auro politum, nihil non magnificum. *Quid quod etiam multas auro stratas fidemus?* quod

## COMM. DE LUTH. LIB. III. SECT. 2I. §. LXXXIV. 343

A. 1540.

quasi pecudes etiam ipse prestantiam auri sentiant. Sed quibus sanderis artibus hoc tantum auri sibi comparent, bobis iucundissimum esset audire, Proceres; namque inde magis etiam auri potentiam agnoscetis, cum videretis illos ab auro regi, quibus omnia divina atque humana regenda tradita sunt. Sed bac quoniam non admodum ad rem nostram faciunt, ab aliis malo quam a me cognoscatis. Habent quidem Christum in ore frequentissime, qui se auro quotdammodo conseruum & pauperitatem ducem ac exemplar praebat, quem si sequerentur, eos in ordinem nostrum admittere non possemus; sed viri sapientissimi memoria tenent, ipsum etiam Christum pecunia proditum fuisse, quod sibi ne accidat, magnopere pertimescant. Itaque maximos auri cumulos undique congerere student, ut, si forte contigerit, eos ab aliquo satellitum suorum prodi, possint auro si quam cito redimere. Si quis autem roget, ubi fidem habent, quam sacra & humana litera tantopere commendant, ut per eam solam nos affirmet calestem illam ac beatorum sedem facile consequi posse? illud egregium Satyrici Poeta dictum respondebunt:

*Quantum quisque sua nummorum serbat in arca;  
Tantum habet & fidei.*

An bobis in hoc dammandi esse bidentur? Non opinor; etiam si quibusdam in cogendo auro paulo cupidores quam equum sit esse videantur. Nam & pietatis & Christiana religionis & pugnare obdicitur, & relitia sacrorum administratione, bella suscipiant. Sed omnino mendaciter reprehenduntur: nam iustissima tantum bella gerere solent: nempe contra illos, qui decimas & primicias, quibus sancta sustinetur ecclesia, perfolvere nolunt. Hoc Patres sanctissimos, maximeque venerabiles, quibus divino iure primicia debentur, non sine summaratione comprobent: neque enim alter vitam ducere possent. Nam verisimilium illud est, quod ait Hesodus:

*χρήματα γὰρ Φυχὴ πέλεσα δηλοῖς βεργοῖς.*

*Humano generi namque ipsa pecunia vita est.*

Quamobrem etiam inhibiti bellare compelluntur, ut sacrilege nationes, que decimas non solventes illis vitam eripiunt, funditus evertantur. Illud fortasse requiret, quomodo nullus armis, nisi divinis officiis, exerciti Papae preliari possint? Cognoscite, Proceres, non enim sine causa queritis: nam non ipsi prælia gerunt, sed ipsorum aurum; cuius, in armis etiam, sicut in reliquis rebus omnibus, summa potestas est. Jam vero, quemadmodum summa res administrantur, si diligenter cogitare volueritis, credo vos facile perspecturos, auri vim esse maximam. Nam in arce religionis, auto reguntur universa; nihil ibi spernet nisi manibus auro gravissimum. Omnia Roma cum pretio. Qui plurimum auri secum attulerit, sic securus esto, scilicet quicquid optaberit, facile consecuturum. Quod ut facilias credatis, audite quid elegantis carmine Petronius cecinerit:

*Quiquis habet nummos, secura naviget aum,  
Fortunamque suo temperet arbitrio.*

*Mulso loquor, quid vis nummis praesentibus opta,*

*Et venies; clausum possidet arca Jobem.*

Veniat ergo Roman, vel quo magis ei liberius, bene numeratus: confessum ei regia balbe recludentur, cum onnes alacri bulni benientem excipiente, ei gratiam & favorem suum omnes & pollicebuntur & praefabunt, brevi tempore dignitates amplissimae, opima sacerdotia consequetur, plurimum auctoritas & potestatis habebit. Nec interim, quinam sic ille, quem omnes tantopere suscipiant, quicquam sibi exquirendum esse cogitabit, summum loco natu an terra filius, probatis moribus, an profigatio, doctrina preditus, an a Musis aberfus. Hec jam nihil ad rem facere prorsus existimantur; aurum est, quod omnia regit, omnia dispensat, omnia transfigit, omnia componit. Illud vero quamvis fortasse bobis ridiculum esse videbatur tamquam ame in dicendo prætercundum esse non arbitror, quod aurum tanquam Prometheus quicquam, immunitas corporis paries restituit. Si quis enim aut altero captus oculo, aut claudus, aut scissus carens, aut quovis alio membro spoliatus, ab

sacerdotii dignitatem aspiravit, quamvis per jus pontificium tales non licet in sacerdotum numerum aggregari, praesens tamen aurum facile jus pontificium frangit, & membra supplet mutilata. Sed singite nunc aliquam singulari extremaque virtute præditum, & expolitum omni doctrina virum, qui sacerdos fieri velit, & et desit alter sanctum testium; si aurum illi defuerit, sic Numa licet ille religiosior, Aristide justior, Aristotele doctior, domum sine sacerdotio redibit. Sed hoc (ut dixi) ridiculum; illud vero muleo omnium gravissimum & præstantissimum, quod etiam sub terra, ad eas animas, que torquentur in tartaria, a principib[us] in religione viris compertum est, aurum potestatem suam transmittere, que statim ea inde liberet, & ad superos regna perducat. Nec ita pars auri potestas est, que (ii) *Etiam conseleratum queribus hominem ab omni supplicio pernaque liberare facile potest, modo manibus auri plenis peccatorum diploma plumbeum impetrarit.* Quid, quod aurum in annorum multa milia peccandi sine pena timore indulgentiam facile, cum voluerit, obtinet? Nam preterita scelera non tantum aurum sed etiam argentum modicum, duabus aut tribus indulgentie bullis coenatis, dolore faciliter potest. Verum hec fortasse silentio praestat insolvere, ne quis fatuus aut ineptus, que nos in auri laudem dicimus, in Papparum contumeliam dicta judicet. Ad alias potius religiosissimas personas, in quibus aurum jam imperium suum confirmabit, transcamus. Tanta est enim auri vis & potestas, ut, quos (kk) *Ara Ecclesia Cardines appellamus, eos labefactatos a propria ritua & fide dimiserit, & imperio suo subjugarit.* Qui certe, fuis ac luxuriam multo melius & stabilius totam religionis machinationem Cardinam sustinebunt, postquam auro fundati sunt. Nam realium. quomodo quo se religiom sustinere possent, si praepartate se ipsis sustinere non possent? Illud nimis rursum opera pretium suaveque est contemplari, cum sublimes per urbem, stratis auro mulibus probulantur, rubra causa conspicui, quam certe fulgam melius effinxissent, ut esset insigne domini sui auri, satellitibus undique stipati, ut ipsis etiam regibus invidians mobere possint, trementibus per molitissim genit. Atque ut majori autoritate digni videantur, tempora Deorum peniculamentia terram ferrentibus ingrediuntur, quod aliis, cum multo minus quam nunc homines saperent, sic in mulierculis tolerandum esse videbatur. Inde dominum regresi, post Salares & Sybariticæ epulaciones; clandestine domine finibus excipiuntur. Quas omnes ei voluptates ac delicias aurum praefare quis ignorat? Jam vero propter aurum eoque sapientie nostro tempore peruentum est, ut quam plurimi summam Tibernorum & admirabilem doctrinam præclare intelligent, & omni diligentia exercere studeant, quos memoria proditum est in risu & ludo sumnum bonum constituisse. Nam sanctissimorum Cardinalium domos morionum & aleatorium plena invenientur, quibus bicissim pro libidine sua delectentur. Præterea nostra tempestate reperiuntur, qui sexcentis Philippeus scortum unum conducere non dubitant. Sed unde illi auri tanta copia? Non aliunde certe, quam ex plurimis & ditissimis sacerdotiis, que etiam auro venati sunt: ita aurum ex auro ut semen ex semine, nascitur & exuberat. Nemini igitur dubium esse potest, auri potestatem esse maximam, qui sacrosantos illi magistratus tam capide servire videat. Quid? magis difficile est in eis auri potestatem agnoscere, quibus olim cura fuit, sacris iniciatis inhibere, afflitos consolari, sacerdotum errata, si qua erant, emendare, bonos eligere, malos abdicare? Minime vero. Nunc enim multo majorem nocti felicitatem optimam tantum sacerdotia, unde magnam auri copiam habent, ipsi sibi solent. Ex quo factum est, ut Episcopi quasi auri exploratores nominentur. Sunt enim micro bicorni decoratio cuius pars illa prior, (ii) *Roma* quamvis aliud olim significare credebat, nunc tamen Episcoporum indicare perficium est, posterior autem argentum. Hoc modo auri atque argenti, quibus plane devoti sunt, insignibus exornati, tanquam pro templis & ariis, ita pro auro atque argento, dirificant. Cum vero cursu revoluta quatuor anni tempora generant, in quibus sacrifici initiandi congregantur, ita se gerunt Episcopi, ut summi auro, quoniam merentur honorem atque

ref-

A. 1540.

referentiam exhibeant. Nihil enim aliud eos, qui se se nisi quantum auri possident, interrogare solent, quale & quantum patrimonium, quot sint eis beneficia sive prebenda? sic enim appellant, eas prefecturas, quas a Papa sacerdotes auro redemerunt, nempe a prebendo, vel quod ipsi pro eis habendis aurum prabuerint, vel quod ille sacerdotibus aurum prebeant. Qui si maximis atque amplissimas habere possessiones dixerit, plurimumque auri possidere, statim cum benignissime excipiunt; nam ab bujusmodi clericis, quibus est auri satis ampla copia, preter statutum atque ordinatum tributum, quod ab initienda exigunt, non vulgariter etiam mantissam expectant. Itaque alacri vulgi: dignus est hic (inquit) qui admittatur, & sacerdos creetur. Sed quid, si literarum non magis peritus sit, quam germen (quod dicitur) Arcadicum? aut si non magis honestatem curaverit, quam astus quilibet? hoc nihil impedit. Aurum enim presens etiam illum Aquinatis poeta Peribonium & dolium & honustum reddere potest; at vero doctrina bonique mores sine auri præsidio nihil profundit. Quid autem de Sacerdotibus cuiusque generis loquar? quos tanta auri cupiditate flagrare notum est, ut ad missas, quas vocant, deborandas, perinde quasi ad operas, pretio conducantur, & ipsius Christi corpus atque sanguinem auro bendani? Quid, quod bis aut ter uno die lucri causa sepiissime missantur? Deinde quot rixa? quot seditiones? quot discordie? quot clamores inter ipsos presbyteros exoriuntur? dum primitias, aut decimas, aut annua menstruaque salaria, pro missationibus suis exi- gunt, atque inter se partuntur. Persepe etiam non alia de causa litigant, nisi quod corrum aliquis confessionem peccatorum audierit ab homine, qui sub alterius sacerdotis imperio fuerit, vel tanquam vultus triduo cadaver ante presenserit, quod prouidus negligenter surripiat; hinc præcipue solent gravissime contentiones exoriri, ut a jurgiis ad crucis baculos sepe beniantur. Sed fortassis requireris, Proceres, cur de hominis confessione, aut de cadavere, dimicandum esse censeant. An vero ignoratis, ex ipsis confessionibus & cadaveribus maxima illius bellicalia probenire? Nemo confitentem gratias audiuerit. Confessos vero pro peccatorum absolutione penas aureas pendere jubent. Sed in funeribus maxima preda ipses eis constituta est; hinc enim uberrimi fructus ementuntur. Super audiī sacerdotem quendam, qui dolebat arem suam (ita enim appellabat) esse pessimam, propsterae quod homines raro morabantur. Hec est antea charitas. Cumenim aliquis fato concedit, priusquam ejus cadaver speluncit, de mercede sua pacisci volunt, nec ullum penitus humo conditi patientur, nisi prius soli premium sibi numeratum videbantur. Quod si forte quis ita pauper sit, ut olim Agricola Menenii, aut Valerius ille cognomento Publicola, is preda canibus & corvis relinquetur. Ilisque adeo mori miserum est, nisi aurum possidens. Cum vero contra tantas mortis injurias aliquis magna auri si munitus, sit sue diem clausurit, tam vero letissimum videre est, parochum tropidare, ne parum magnifice funus apparetur, sursum ac deorsum cursicare, mortui cognatos & affines adhortari, ut in eo funere sibi facilius accipiant, nec modico auro param immortalem acquirant, nec modo auro parcant, ut illius animam in celum recte subducant; id futurum (inquiet) si septimum, trigessimum anniversarium officium, dicti Gregorii missas ipse celebreret, quo feliciter impetrato, statim in ipso funere duplarem sibi mercedem dari jubet. Hec enim jam lex est, & jus ex consuetudine factum parochie omnibus. Deinde pro feretro in quo cadaver jacuit, pro pallio quo operum fuit, grandem sibi pecuniam numerari jubent. Interim atratus mortui procurator omnibus se plene sati- fecisse putat, cum ecce lignearum, ancistarum, argentea- rum, aurearum crucium multitudinem parochus in medium adferat, & majorem etiam quam prius sibi data fuerit, pro crucibus ipsis pecuniam flagitat: postremo sacerdotum etiam ministri, qui, dum funus efficeretur, subtiliori voce cum sacerdotibus manas cantillarunt, & funeralia crucisque circumulerunt, pecunia- riam aliquam offulam praefoluntur. Nonne igitur

(nn) Ex-  
guias ben-  
dunt.

pro cadaveribus, unde tum opima spolia proveniunt, tan- A. 1540. quam pro focis & aris dimicandum est? Age vero, quid (00) Min in concione quotidie clamant? quid populo persuadere ire divine conantur? non aliud sane, nisi pauperis parochia me aurum ap- morem esse velint, ut animalium parentum, fratrum, puto extor- fororum, cognitorum, affinium, misereantur, que tor- quentur in purgatorio, crebrue oblationibus & mis- sarum celebrationibus eas a purgatione liberent. De- nique hoc unum student, in hoc incumbunt, bac corum, maxima est occupatio, ut scilicet quam plurimum auri congerant; & sepe minas regaliter adulant, futurum, ut grandines omnia sata contundant, ut omnes fructus pruinae præcipiat, ut nibil germinent arbores, nibil pro- ducat hortus, intereant pecudes, nisi sacerdotum popu- li magnam curam habeant: hinc iram Dei maxime concitari, quoties videt sacerdotibus suis primitius, decimas, solita suffragia, denegari. Quibus certe minis populorum mentes, quibus nibil est superstitiosus, per- terrefaciunt, & facile quounque voluerint impelunt. Sed quorsum bac tam multa de sacerdotibus? Ut intel- ligatus, Proceres, id quod in hac exhortationis nostra parte tractamus, auri vim esse maximam, que religio- forum etiam mentes, quibus nibil ex omni parte perfe- ctius inveniri potest, imperio suo subjecerit. At quz (pp) De Je- sequuntur, speciatim ferunt Jesuitas, quanquam mi- suerari liceat eos tam cito (Majoragius enim non nisi an- ahorria nos quindecim post illius Societatis confirmationem, speciatim superfuit potuitque orationem aliquot ante obitum annis scripsisse, cum in ea non semel fugiller Alcio- tum, qui tamen anno 1551. ineunte deceperat,) ab in- stituto, in quo summam paupertatem inter alia prof- tebantur, defecisse, & tantos in se aculeos provocasse, qui vix maiores esse possent, si hodie post auctas in- immensum eorum opes exserendi essent. Sribit au- tem autor p. 66. 67. Restas etiam ex religiosis genit quod- dam nobum atque monstrorum, quos publice quidem fratres, privatim autem patres appellant, vulgari voca- bulo spirituales: quamvis se numero non tantum spirituales patres inveniantur. Horum ego medium fidis- us incertus sum, an auri cupiditatem explicem, que tan- ta est, ut ei saturande non solum memorata Pelopis aut Zopyri talenta, sed quicquid in toto terrarum orbe auri est, hix sufficere posse videatur; an, quod forte melius est, illi Apollinis oraculo paream:

M̄ x̄v̄ō x̄v̄ēz̄īar̄, x̄v̄ix̄t̄ō ȳn̄p̄ āx̄īar̄.

Video enim, quass ea que oculis cernuntur, futurum, ut, labyrinthum bunc semel ingressus fuero, postea, cum voluero, non possim exitum reperi. Quis enim, Bar- docucullum illum frequenter executus, omnes, que in eo sunt, simulationum latebras investigare possit? Ita- que mihi certe in cogitationum trivio esse videor. Quid enim faciam? Laudemne? quos nunquam satu- minare possem? Vituperem? qui, quicquid a me dice- tur, id sibi in laudem vertere conabuntur, propterea quod ab auri studioso vituperentur. Quasi vero non auram ipsi plusquam Deum ac propriam vitam dili- gant. Qui cum ex castris nostris se palam transfuge- esse profiteantur, tamen necio quibus caniculis ad eam- dem sepiissime reverentur. Quo maiore etiam odio digni sunt, qui, cum publice de loco superiore, quantum- possunt, in auri cultores debacentur, ipsi deinde illud idem aurum summa religione venerantur. Quod si suam in aurum benevolentiam & observantiam ingenue faterentur, equidem eos summopere laudarem, aliae- celebrarem, quemadmodum jam in aliis religiosis fa- pra feci. Nunc, cum id, quod pulcherrimum est, in se dissimileat, & idem in aliis reprehendant, qui non eos merito detestetur? quis non omni supplicio vobis mor- tuosque malitandos esse censcat? Verum iam omnibus fere cognitum est, istos nebulones duabus, quod ajunt, sedere sellis. Nam se tanquam forices suo ipsorum- indicio produnt; cum omnia propter aurum audace, atque ejus gratia limites omnes secundarie transierint; quippe qui jam pridem eo impudentia pervererunt, ut, quosunque obvios haberint, ab eis sibi non solum petant, sed etiam efflagitent: qui non solum per compi- te, verum etiam ostiatim aurum mendicare non eru- bescant,

A. 1540.

(99) De  
franciscanis  
& simili-  
bus qua-  
lum.

beant: qui totum terrarum orbem, quam magnus est, circumvolvunt, ut sua faciant optimam canobia: qui publice panpertatem professi tantum auri congerunt, ut paliorum insanis subfrustationibus etiam Reges ipsos ad infidiam commovere possint. Quz subjungit, ad Franciscanos aliosque mendicantium Ordinum Monachos pertinent, p. 67. 68. Quid, quod ex illis, qui lignos pedes habent, & qui, nefcio qua religionis simulatione palam aurum tangere verentur, cum interim, se fors obvenire, aliquid molitus tangere non vereantur, inveniuntur aliquis, qui viginti millibus aureorum purpuream conetur a summo Pontifice cauam extorquere? Quod sane non admodum difficulter impetrabit: quid enim non potest aurum? Taceo testamentorum, auctoriarum, confessionum insuffrunctiones, cadaverum rapinas, propter que cum sacerdotibus & monachis, nō deos continentur gerunt. Alia projecto multo majora gravioraque non tacerem, nisi libantes eorum linguae atque trifidus pertimecerem, que tanto feruntur impetu, ut Jobem ipsum, fulminum jaculatorum, Vulcanumque fabricatorem, perterrescere facilissime possint. Nam quicunque contra eorum opiniones aliquid aut fecerit aut dixerit, vel qui occulta eorum scelerata patescerit, iste in locis superioribus, ubi suo arbitrio mugunt, hereticus ubique predicator. Quis enim ignorat, quam in Erasmum, nostri ordinis non insimum hominem, debacchati fuerint, quoniam in eorum hypocrisis & sceleris, ut erat homo facetissimus, quodammodo luerat? Illum enī impudentissima lingua factiosum & hereticum aucti sunt appellare. Sed tu, Erasmi calamitate doctus cautior, Alciate, fuisisti, qui nihil unquam, aut certe parum, in auctoribus scriptis hoc tam impurum hominum vel potius belluarum genus attigisti; quod te ideo fecisse crediderim, quia te pudeat eos nominare, qui doctorum hominum nominibus oblivionem inducere conentur. Sed (ut ad rem redam) quanquam hoc animalium genus, qui se non homines, sed hominum patres appellantur, auri cupidissimum sit, tamen nihil amplius de eo dicendum habbi esse censeo: cupio enim eos in cupiditaribus suis insocioscerere atque marcescere, neque unquam auri fructum quenquam, nisi qui eos omnes strangulet, degubare.

## ADDITION III.

(a) De his  
historiis mis-  
sionis Tun-  
kinensis liber  
Job. Phil.  
Marini Je-  
sus, & cur  
uic alle-  
gor.

Prodūt anno 1663. Romæ ex officina Nicolai Angeli Tinaghi, cum approbatione Superiorum, *Historia missio- nis Jesuitarum in Japoniam*, & præcipue in regnum Tunkinense, a Job. Philippo Marino (De Marini) lingua Italica conscripta, & Alexandro VII. PP. dedicata, forma, quam vocant, quarta. Legi tunc eam non sine delectatione, tum, quod non pauca contineret eo usque parum cognita, tum, quod modeste, & non sine pietatis affectu, scripta videretur. Nunc etiam, cum revolvissem, haud diffiteor, non pauca in illa observata ame esse, qua meliorem methodum & disciplinam Jesuitarum ostendant, quam illis Dominicanis, quorum scripta allegavi, tribuere solent. Non inventio hic prevaricationem in dissimulandis mysteriis fidei Christianæ, nec lites cum monachis & Episcopis, aut cetera, qua imputari Jesuitis multisque documentis probari intelleximus; immo si superstitiones, qua Evangelica doctrinæ assūl solent, abessent, multa ab autore narrantur, qua ideam quandam vitæ vere Christianæ & Apostolicæ exhibere possent. Referuntur prioribus tribus historiæ allegatae libris gesta a Jesuitis in regno Tunkin, cuius curam sub Japonicæ missionis (postquam hæc immanni scævitia prostrus sublata fuit) titulo suscepserunt. Quartus de missiōnibus in Cocciniam, Cambojam, Siam, Macassar, Canton, Haynam insulam; & quintus de iis agit, qua in regno Lao expeditæ sunt. Acta pleraque aut præcipua ad annum 1655. & sequentes, usque ad annum 1660. pertinent, quo Marinus in Italiā ex provinciis illis reversus est, & relationem ad Pontificem compo- suuit. Miseranda est omnium illorum regnorum in-

Lib. III.

religione coecitas, eadem nempe idolatria obruto-

rum, qua Sinensis Imperii (cujus partes regiones ista olim constituerat) incolæ laborant. Hoc tanto magis deplorandum est, quanto major hominum multitudo in vastissimis illis provinciis reperitur. Initio enim computo ex Riccioli & Nadesti Jesuitarum calculis, Marinus in præfatione numerum hominum per totum, qua cognoscitur, terrarum orbem mille millionum constituit. Ex his Europæ centum; paulo plures Africæ; ultra ducentos Americæ: quingen- ti vero Asie assignantur. Deinde Asie plus quam dimidiam partem occupat Sina, cum regionibus adiacentibus, ut adeo his ducenti sexaginta incolarum milliones, interque hos regno Tunkinensi quindecim ab autore tribuantur. Judicare hinc licet, quantæ pietatis & laudis opus sit, tot populis divinæ veritatis faciem præferre, & hæc unica causa excusare aut incitare eos potest, qui incredibili cum molesta regiones illas audeant, & a natura foli & cœli hominumque moribus infinita patiuntur incommoda, qua spe lucti ex mercatura, aut delectamenti, vel honoris & famæ, minime compensari possunt: id quod autor satis gravioriter demonstrat, omnemque fructum immanium, periculorum & ineffabilium radiorum, qua desribit, in sola pietate querit, qua æternæ gentium illarum saluti consultur. Hujus autem scriptoris fide nititur, num meliores sint Jesuitarum actiones in regno Tunkinensi & vicinis, quam in China; an vero hic tanto citius ab instituto deficiant, quanto majoribus honorum & opum illecebris tentantur, ut Dominicanis contendunt. Cum igitur ex horum relationibus quædam recensuerint, candori meo convenire ratus sum, ut non præteream librum Jesuitæ, qui pleraque a se & sociis getta ita referr, ut secundum principia missionis satis recte consistant, nec vituperia illa mereri videantur, qua monachi Jesuitis impingunt. Causa Protestantium, falsis adversus Jesuitas criminationibus, opus non habet, immo ex hujs etiam autoris confessione robur accipit. Nam, eti Mari-

(b) De er-  
nis præcipua quædam religionis Christianæ capita sa-  
ris simpliciter & candide cum neophytis tractari di-  
cat, ita ut non nisi iis ex pagani quædam reticeantur, quos jesuitæ  
qui tantum curiositatis causa & subdola mente expi-  
barbaris  
scari aliquid velint, quod irrideant (vid. Lib. II. cap. IV.) proponunt.

satis tamen indicat, omnes adscititi & commentitii cultus partes, & vera religionis de honestamenta magno ubique & præcipuo studio barbaris illis obrudi, summamque eorum laudem in hoc constitui, quod omnes illas superstitiones, quibus Romana Ecclesia laborat, maximo cum applausu acceperint & exerceant. Hinc imaginum, crucium, icuncularum, aquæ benedictæ, rosarii & similius insanus amor in misera illa gente prædicatur. Talia potissimum catecheseos partem absolvunt, & fatetur autor Lib. II. cap. XI. mul-  
tos opere, non scientia, Christianos esse. Faciunt, in-  
quit, opera Christianorum, licet respondere non possint interroganti. Quanquam vero tales illi magnopere placeant, persuaderi tamen nobis non sinimus. Christianos esse, qui vera & summa fidei prin-  
cipia non didicerint; ex fide enim operum etiam optimorum laus & pretium pendet, omniumque minime ad rem facit externa illa rituum servitus, ad quam barbaros illos haud magno negotio redigunt Jesuitæ, cum ita jam a teneris instru-  
ctos imbutosque inveniunt, ut cultum Dei totum in ceremoniis, qua parum a Romanis (ut autor ipse agnoscat) discrepant, positum esse existiment. Neque etiam fieri potuisset, ut triginta Jesuitæ, quorum no-  
mina Index historiæ præfixus exhibit, qui ab anno 1626. ad 1660. vastissima illa regna adierunt, ex quibus etiam plerique paucos intra annos absunti sunt, tan-  
tum mortalium numerum in fundamentis religionis Christianæ instituerent. Adjutores quidem sibi ele-  
(c) De cate-  
gerunt ex indigenis, quos catechetas vocant, sed ad chetis, quos  
proponendam doctrinam minime sufficietes, & non confituntur.  
ni si rituum & externæ disciplinæ ministros & exacto-  
res. Hos (Lib. II. cap. III.) tribus votis adstringunt:  
paupertatis nempe, ut ex elemosynis laetus vivant,  
cali-

xx